



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CCCXXXI. De Morte Marschalci & XXIX. fratribus & multorum de
populo Sambiensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

bellum ordinato exercitu suo insidiis, cum LXXX. viris intravit territorium Pruschiæ, dictum Wohensdorph, & combustis paucis domibus magnam prædam in hominibus & rebus aliis secum duxit. Quos Fr. Ulricus de Drielebe Commendator de Tapiovv, & Fr. Fridericus Quitz socius ejus cum paucis hominibus secutus, fracto prius ponte, quem Lethovvini transire debabant, LV. viros de ipsis occiderunt, & totam prædam, quam tulerant de ipsorum manibus eruerent. Reliqui fugiendo venerunt ad Insidias suas, & omnes perterriti simul recesserunt, totque pericula sustinuerunt in via, quod pauci ex ipsis incolumes sunt reversi.

C A P. CCCXXXI.

De
**Morte Marschalci & XXIX. fratribus
& multorum de populo Sambienst.**

Anno Domini MCCCXX. VI. Kal. Augusti i.e. tertia die post Festum B. Jacobi Apostoli, frater (a) Henricus Marschalcus cum XL. fratribus & e-quitibus de Sambia & de Memela ve- nit ad territorium Medenicam & dum primi præcursores secun-dum consuetos mores belli, ipsum transirent per rapinam & incendium devastingo gentes hujus territorii, jam paratae in armis, eos, qui sub vexillo erant constituti hostiliter invaserunt in bello & cadentibus ex utraque parte pluribus interfectis, tan-dem ipsum fratrem Henricum Marschalcum cum XXIX. fratribus & multis de populo occiderunt. Alii in solitudine errantes per plures dies & noctes consumpti inedia sunt reversi. Fratrem etiam Gerhardum dictum Rude Advocatum Sambiensem in-dutum

Anno Domini 1320. leprosi in Francia combusti fuerunt. Referebatur enim quod ipsi veneno aquas infecissent, de quo plures homines & pecora perierunt.

dutum armis & depositum super dextrarium cremantes diis suis pro victima obtulerunt.

ANIMADVERSIONES.

- (a) Henricus à Plozke Marschalk, ut habet Chron. Germ. Antiqv. in 4.
 (b) Eodem modo in Dusburgio suo legit Matth. Strykovius. Sed Jeroschinus, ut & Author Chronic Germ. Antiq. in 4. dilucidius hæc proponunt. Sic enim Jeroschinus :

Drier Manne Wapen an
 Sy hm zu mable thaten
 Und uss ein Roß vn saten
 Gebunden an vier Pfäle
 Nach ihres Sitten Wele
 Unde trugen Holsches dran
 So viel daß sie noch Roß noch Mann
 Gesehen darin funden
 Und darnach in zünden
 In dem Holz ein Feuer.

CAP. CCCXXXII.

De

Fratre Thammone de Balgâ &
vita ejus.

Anno Domini MCCCXXI. Fr. Thammo, natus de Misnia, qui stetit in Balga & in Ordine Domus Teutonicæ per LVI. annos infra XXX. annos ante mortem suam nunquam exivit terminos dicti Ca- ftri. Unum mellicratum seu medonem, & omne quod inebri- are potest, non bibit: usus fuit cilicio: in pane & aqua singulis sancto-

Anno Domini MCCCXXI. in partibus Sclaviae tres viri accusati de propinicatione veneni misse fuerunt in (a) ferventem aquam, quorum duo statim suffocati sunt, tertius propter innocentiam illæsus exivit.

